mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum Nec
non Auri argenti Clenodiorum Vestium vestimentorumque pecudum
pecudum equitum ac totius Suppellectilis domus Nunc habitorum et
in post habendorum mutuam advitalitatem et usufructum ad
extrema vitae suae tempora inscripserunt et concesserunt
prout inscribunt et concedunt praesentibus Tali videlicet modo quod
si prius Generosum Stanislaum Kiasecki maritum quam
ipsam Generosam Agnetem Hinczanka Consortem de hac luce decede
re contigerit extunc Generosa Consors bona quaevis praedicta
omnia superius specificata cum omni iure dominio et proprie
tate et usufructu eorumque singulis bonis et rerum quarum
vis utilitatibus fructibus proventibus commodis obven
tionibus attinentiis et pertinentiis quaevis usus tenebit habebit et
possidebit illibique quiete et pacifice uti fruetur usque ad ex
trema vitae suae tempora Post mortem vero eiusdem Consortis bona
missa omnia supradicta mariti propria ad successores eiusdem
mariti sui sine quavis contradictione successorum supradictae
Consortis pleno iure redire debebunt et devolventur
Similiter quoque si prius Generosam Agnetem Hin
czanka Consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit ex
tunc Generosus maritus bona quaevis dotalia et obligata
mobilia et immobilia ac res superstites morte Generosae Consortis
derelictas cum omni utilitate iure dominio et
proprietate eorumque singulis eorundem utilitatibus fructibus
commodis et emolumentis tenebit habebit et possidebit illibique
pace et quiete utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae
tempora post mortem vero eiusdem mariti bona eadem praedictae Con
sortis propria morteque eius derelicta ad successores supradictae
Consortis suae sine quavis contradictione successorum Generosae Consortis
suae totaliter et plene devolventur Ibique praesentes recognitionibus
ad omissa omnia mediantibus

Winnicki filiis suis Donat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobilis Iwan Winnicki Kedynice Sanus mente
et corpore existens a Serenissimo Dictibus Iuribus Iurisdomibusque suis

~~410~~

418 quibusuis propris et competentibus recedendo, Cum Vero Iuris dominy
Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet secum
Successoribusque ac bonis suis quantum omnibus totaliter et plene inscribendo
rando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recogno
uit Quia ipse bona sua propria et haereditaria in facta Vulla
Na Horyszniem polu szesc pretow od Cerkiewskiey granice,
do głębokoczy poczęwszy od potoka przez wies idącego
z ogrodem [illegible] z trzy prety po Sieszke in bonis
Villa Winniki Terra et districtu praesenti Premisliensi Consistentibus Cum
omni et omnimodo iure dominio proprietate haereditate hucusque
habito Cumque omnibus et singulis bonis et facti vtilitatibus
fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus atti
nentiis et pertinentiis quantum vniuersis Nullis penitus exceptis Nec
pro se recognoscente Suisque Successoribus aut quopiam alio reser
uatis Sed omnibus in genere et singulis in specie Compre
hensis generi per speciem et e Contra in nullo derogans
uerum ita late longe Circumferentialiter prout praefata
bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ysque
Conciernebant ac eidem seruiebant Iam ex nunc et de facto
Nobilibus Wasko et Hryc Winnickim filiis suis eorumque po
steris dedit donauit et titulo puro mero et irreuocabi
li Donationis inscripsit et resignauit prout praesentibus
dat donat inscribit et resignat perpetuo et iriduum
irreuocabiliter Iam ex nunc et de facto in eadem bona praesentibus
resignata ijsdem recognoscens Supranominatis Donatarijs suis et ipso
rum posteris Cum officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per nobilem quemcunque Com
petentem et nobilis duos die quacunque voluerint officiose acceptando
Per ipsos Donatarios suos et ipsorum Successoribus haec eadem bona
praesentibus donata et resignata Cum vniuersis vtilitatibus et emolumen
tis tenendo habendo et possidendo Ipsisque pacifice quiete vti fruendo
ac ad suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos vsus
finaliter libere et effectiue Conuertendo perpetuo et in aeternum
poribusque Debebit et tenebit in ratione recognoscens Nobiles Iwan Winni
cki Iedynicz se ac suos Successores in et super bonis suis
quantum omnibus summisque pecuniaris quibusuis habitis et habendis

Supranominatis

Supradictis Nobilibus Winnickim filijs suis et ipsis penitus inscri
bit et obligat praefatus ipse et eorum successores in dictis bonis
praefatis resignatis et omnem eorum quemcunque ab omni et quacunque impe
titione quacunque personarum cuiuscunque conditionis status
et sexus cuiuscunque existentium quoties praefatis bonis personam
et quamlibet personam terminus spectat et pertinet praefatis
in omni iudicio et officio Regni semper quibus opus
fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberare
indemnemque cum ponis reddere Nec non hec eadem bona
praefata donata et resignata ab omnibus in genere iuribus et
Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona cuiuslibet
personae nomine modo quocunque factis et faciendis tum etiam
a quibusvis Creditoribus super eadem bona resignata impe
titionibus et importationibus tum denique et processi
busque iuris quibuslibet in quocunque puncto et gradu iu
ris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis
et obtinendis ac super praemissis omnibus praefatis resignatis pende
ntibus et pendentium emundare et liberare mundaque et
liberam semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram
officio praefato admissam in fundo bonorum praefatorum praefatorum
resignatorum dum per officiosum Regni
returnon denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa
eadem possessionem et usufructum praemissorum bonorum quovis modo
tamque quasvis sub missis et subordi
natis personis non impedire Nec adimere ipsis donatarijs
suis et ipsis successoribus in praemissis omnibus Nullo modo iniu
riari ita ut eadem bona praefata donata et resignata idem
Donatarij sui suis cum posteris quiete et pacifice
praefatis Inscriptionis Donationisque vigore tenere habere et pos
sidere queat et possit perpetuis et aeternis tempori
bus Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque
Corporali Iuramento taxandis et dicendis per eundem
resignantem Nobilem Winnicki aut ipsius successores supradictis
Winnickim filijs Donatarijs suis aut ipsis posteris
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum

tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
Succumbet pro quibus quidem vadiis terminis Completer absque
Corporali Iuramento taxandis et addicendis ac re aliqua proinde ex foro
missis non Completa complenda statutis existens memoratus
recognoscens Nobilis Iwan Winniak Fedyniec aut ipsius Successores
ad Instantiam Suprascriptorum Nobilium Washo et Hrycz
Winniczkim filiorum Donatariorum Suorum et ipsorum
posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc recessu Suprascripto quo ad respondendum Spectat me
diante semper in primo Citationis termino tanquam pe
remptorio Stare iuri parere respondere Damna praetacta
terrestria luere Inscriptioni praesenti Donationique Satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac
Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat.
praetextibus illum terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem
terminos semper peremptorios veri infirmitate pro mero
ri Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra
Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Evictorum
vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimen
tis non differendo ad quietationem vltra proximos ter
minos officii praefati Castrensis Premisliensis Dilationem
sibi non recipiendo. Nullasque Motiones protestationes
ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per
vis Simplicibus vel triplicatis evasionibus Suspensio
nibus fatalibus Iuris praescriptione terrestri bello Con
ventione que ac aliis omnibus iuris remediis et
defensis non sibi ter fingendo Nec modo quovis
alio evadendo Ita uti praesenti personali Reco
gnitione ad praemissa omnia desuper Mediante.

Sabbato post D. Laetare 1658